

lingua mea) exterius alacri sermone (in sup) preter p̄dicta creuit michi leticia quia (caro mea) non deficiet in interitu ut inimici mei existimāt s̄ (in spe) resurrectōis certissima (requiescet) tanquā dormiens in sepulcro.

Letatū est in sup cor meū. **Q**uā nō derelinques) more omium (animā meā in inferno) ubi descender ad liberandū scōs s̄ gaudēs et triūphās capta p̄da reunita corpi ascēdā in celos (nec patieris corpus meū) a te sanctificatū (videre putrefactionē)

Non solū p̄dicta facies imo iā pro me. **N**otas fecisti hominibz vias vite) ut in mādatis tuis hūiliter ambulātes mortifere supbie venena declinaret (et adimplebis meos leticia cū vultu tuo) ita ut nichil vltra desiderēt cū facie ad faciē te viderint i quibz ego sū q̄ etiā (delectacōes) habebūt (i bonis tuis) eternis sine fine duraturas.

Psalmus. xvi. in quo ē oracō xp̄i ad p̄rem p̄ se et ecclia.

Vox xp̄i ex humanitate.

Exaudi domine iusticiā meā mea elamante

ad te impleas quod iusticia mea petit et diligēter (ausculta ad deprecationē meā) liberādo me a malis

Auribz) tue clementie (percipe orationē meam) fusa; veraciter ex corde meo (nō in labijs dolosis sed simplicibz) nō alia ore profero et alia mente retineo.

Exaudi inq̄ qz hoc i oratione mea peto ut **J**udiciū) quo iudicatus sū a pilato et a iudeis (manifestetur prodissē) de noticiā et volūate tua et (oculi tui videāt eq̄tate) iudicādo inter me et illos retribuēdo michi p̄miū resurrectōis. iudeis vero penā cōdignā sue im̄q̄tatis.

Ideo scē pater fac qd peto. qm̄ **P**robasti cor meū) utrū tibi obediēs es; et utrū usqz ad mortē tuis iussibz

parere et hoc per multas iudeorum in me irrisiones et molestias
(et visitasti) aduersitate tribulationis (et igne) acerbissimi
me passionis (me examinasti) quoniam non est inuenta in me iniquitas
sed spiritus humilis et obediens et iustum me per omnia probasti.

Ceterum ita iustus inuentus sum et patiens. **N**on loqua-
tur os meum opera hominum) que non oportet. nichil o pater
locutus sum nisi quod ad tuam gloriam pertineat (ego susti-
nuui vias laboriosas) passibilitatis et mortalitatis pau-
pertatis et afflictionis et passionis. non pro culpa mea sed
(per verba) que precesserunt (de labijs tuis). scilicet de prophetis opte-
nda. **D**erectus gressus meos) actiones meas quibus in
hoc mundo quasi quibusdam pedibus ambulamus o serua (in
mandatis tuis usque ad finem) ubi est meritum ac promissum
tota perfectio ut imitantes me (non moueantur abs te)

Quoniam exaudisti me alias certissime me scio exaudiedum et
ideo **E**go clamaui inclina aure misericordie tue mihi) humili
(et exaudi verba mea) que sequuntur. **M**irabiles fac mi-
sericordias tuas) quibus me virtutibus fulgere et miraculis
coruscare concedis id est ad effectum perducere quia si non credant
tamen sub admiratione respiciant ne misericordie tue vilescant et mi-
nus aspiciantur. tu fac hoc qui sperantes in te in eterna vita
constituas. **R**esistentibus michi) iudeis qui demoniaci in-
stinctu aduersus me seuiunt qui dextera tua sum pro quem pro-
prium pacis dedisti mundo (custodi me) secundum huma-
nitatem ita diligenter (ut custoditur pupilla oculi.)

Sub munimento alarum tuarum) id est misericordie et caritatis
(protege me) et meos (ab insuetudine impiorum) demonum et
iudeorum (qui me) et meos (afflixerunt) usque ad mortem.

Ita afflixerunt quod **A**mmici mei) iudei (circumdederunt vi-
tam meam) gladiis et fustibus filiis et infidelibus volentes eam
perdere (adipem) id est abundantem maliciam suam (tanta

obstinatione firmaverunt) ut absque ulla misericordia persequeretur me (os in super eorum locutus est) contra me (superbia) dicentes aue rex iudeorum et huiusmodi. **P**roicietes me) extra civitatem quasi locus de me macularetur (circum dederunt me) non obsequio sed furore in cruce quasi ad spectaculum convenientes ut me deriderent et hoc ideo (quod oculos) cordis eorum (statuerunt) non eleuare ad deum (sed declinare ad terram) suam et gentem conseruandam putantes se locum et gentem et diuitias amissuros si christum non occiderent.

Susceperunt me) principes iudeorum a pilato dicente eis / tollite eum et secundum legem vestram iudicate (ut leo famelicus paratus ad predam) et populus reliquus iudeorum (sicut catulus leonis permanens in mifericordia) ut sue crudelitatis votum more ferarum in me adimpleretur. **E**xurge domine) ad vindictam contra iudeos. quem dormire arbitratur mali aut iniquitates hominum non curare dum michi non subuenis (et puerum) factum eorum vindicta execrationis et destitue eos et deice eos ut locum et gentem perdant per quibus retinendis me filium tuum occiderunt (eripe animam meam ab impio) diabolo resuscitando me a morte illata ab impiis (frama tuam) id est animam meam quam visus es tanquam framea ad debellandum regna iniquitatis (contra hostes virtutis tue).

Unde hos inimicos) virtutis tue (a paucis) fidelibus qui habitant in israel et dispartire ad diuersas orbis partes (in vita eorum) quod (de peccatis) que tanquam tenebre a lumine veritatis tue absconduntur (plena est memoria eorum) ita ut obliuiscantur deum. **S**aturati sunt) vicis et peccatis (qui ipsi sibi genuerunt) o iniquitas execranda audiebat sensus eorum mandata dei et illi saturabantur sordibus peccatorum (et dimiserunt reliquias) sue maledictionis (paruulis suis) et posteris suis clamantes peccatum eius super nos et super filios

ñros. **E**go aut in iusticia) id est cū victorie triūpho
(apparebo in aspectu tuo) qñ mundū ab interitu mortis
sanguinis mei effusioe saluauero/ ad te assumptus fu-
ero (satiabor) omibz bonis repletus (cū apparuit glo-
ria tua) in sanctis electis meis qui in me crediderūt.

Psalmus. xvij. in quo de leticia resurrectionis xpī.

Sox cristi in memoriā tanti beneficij dicit.

Obligam te domine ^{toto corde meo}
^{qz tu es (fortius}
^{do) q sup inimicos meos fortior existo qz (tu es firmas}
^{mentū) paciētie in tolerātia adūsariozū (refugiū meū)}
^{qz in alijs municiōibz nō cōfido (et liberator meus) de}
^{inimicis meis. (Ipe etiā ē. Deus meus) adiutor meus}
^{qui me creauit secūdu qd homo (adiutor in tpe tribula}
^{cōis a eo adiuuāte (sperabo i eū) quē in pterito sp sensi}
^{adiutorē. (Protector meus) ostra insurgētes hostes}
^{qz nō de me psumpsi (et firma celsitudo salutis mee) ad}
^{dissipādos inimicos (et susceptor meus) p grām cū tri-}
^{umpho. (Et ideo p hīs omibz. Laudans) nō meā}
^{gloriā s; gloriā dei querēs illi vniūsa tribuere q digna}
^{tus ē cūcta p̄stare (et inuocabo) intus i corde meo (do-}
^{minū) et sic p dei adiutorū (ab inimicis saluus ero)}

Sox pphete in persona generis humani.

Ab initio saluus ero a hoc michi necessariū ē qz **C**ircū
dederūt me dolores) nō de rebz mūdi s; dolores dñi (mori-
tis) q p pccm intrauit i orbē terraz (et iniquitates abun-
dātes rapide ut torrētes cōturbauerūt me) **D**olores)
gues ex timore (infernū circū dederūt me p occupauerūt
me laquei mortis) .i. originale pccm vñ ē mors qd añ li-
gauit me q ex ppria voluntate peccare qz añ q nasceret